libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse eliberando Gnosos Adamum, Josephum, et Joannem Humnickich, fratres sui Recognoscen germanos, ab onere Statuitionis sui Recognoscen, ad approbandam, vel similem suo pro interesse faciendam Inscriptionem donatariam, eosdem Gnosos fratres suos, super bona sua propria et haereditaria, totam videlicet et integram medietatem Villae Kramarzowka, in Palatinatu Russiae, Terra vero et Districtu Praemysliensi sita, cum Curia et Praedio ibi existen, in rem et personam Gnosi Adami Joannis Gorski Camerarij Granicialis Terrae Premysliens, Sabbatho post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxime praeteritam proximo, Coram Actis Officij praesent suo et Gnosae Mariannae Grabkowska, olim Gnosi Joannis Humnicki, Subdapiferi Sanocen Consortis derelictae Viduae, parentis suae, atque sui Recognoscentis nomine factam et recognitam, suo in Tenore de praemissis latiorem, eandem Inscriptionem Donatoriam cum omnibus illiq contentis, in toto et per omnia approbat, confirmat, et ratificat. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Humnicki Fratrib, suis Germanis Tenetur. 623

Comparens personaliter, coram officio et Actis praesent Castren Capitaneal Premysliens, Gnosus Josephus de Humniska Humnicki. Sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castren Capitaneal

Premysliens. Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subyciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosis Hiacyntho Subdapifero Terrae Sanocens., Adamo, et Ioanni Humnickim, fratribus sui Recognoscens. germanis, eorumq posteris Summam Trium Millium Septingentorum Quinquaginta floren. polon. monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum grossis Triginta polonicalibus computando, et numerando, certi, veri, iusti, et liquidi debiti, mutuataeq apud ips. per se Recognoscens. pecuniae tenetur atq debet. Quam quidem Summam suprascriptam Trium Millium Septingentorum Quinquaginta floren. polon., idem suprascriptus Recognoscens Generosus Iosephus de Humniska Humnicki, se suosq successores, in et super bonis suis generaliter omnibus haereditariis, et obligatariys, mobilibus, et immobilibus, summisq pecuniariys quibuscunque habitis et habendis, suprascriptis Gnosis Hiacyntho Subdapifero Terrae Sanocens. Adamo et Ioanni Humnickim, fratribus sui Recognoscentis germanis, eorumq posteris, hinc et ab actu praesenti die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli, in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo proxime et immediate Venturo, realiter, et in effectu soluturum, et coram officio, Actisq praesentibus Castren. Capitaneal. Premysliens. repositurum et relicturum, repositamq et relictam, rursus ab eodem officio non effide iussurum, nec arestaturum, vel quovis alio modo solutionem Summae eiusdem praepediturum et impugnaturum inscribit et obligat praesentibus. Sub vadio similis Summae Trium Millium Septingentorum Quinquaginta floren. polon. per eundem Recognoscentem

sive eius Successores

supramemoratis Creditoribus suis, vel eorum successoribus, ob non solutionem summae suprascriptae, pro tempore et loco superius expressis, ad solvendum succumbendo. pro quo quidem vadio, modo praemisso ad solvend. succubito, ac pro re aliqua principali, expraemissis non completa complenda, summaque ipsa principali, non soluta solvenda, Citatus exipsens memoratus Recognoscens, Gnosus Josephus de Hunnisko Hunnicki, sive eius Successores ad instantiam praefatorum Gnosorum Stanislai Subdapiferi Terrae Sanocen., Adami et Joannis Hunnickich fratrum sui Recognoscentis germanorum, eorumque posterorum, ad officium praesens Castren. Capitan. Premyslien., extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino, tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium, et alios omnes, exinde consequentes, Causas eiusdem terminos, semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castren. Capitan. Premyslien. terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis, evationibus, suspensionibus fatalijs iuris, praescriptione terrestri, bello, conventioneque, ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis

non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua p̄senti p̄sonali Recognitione ad p̄missa oīa mediante.

Humniccy mutuo Robnt.

624 Comparentes personaliter coram officio, et Actis p̄sentibus Castren. Capitaneal. Premyslien. Generosi Josephus ab una, et Joannes parte ab altera Humniccy fratres inter se germani, sani mentibus et corporibus existentes, à Terrestribus, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq. suis quibusvis p̄priis et competentibus recedendo, p̄senti vero Castren. Capitaneal. Premyslien. Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, secum Successoribus, bonisq. suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq. subyciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo prointeresse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem, una pars alteri, ac posteris utriusq. partis, se, ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq. pecuniariis quibusvis, habitis et habendis, inscribunt et obligant p̄sentibus, Intercisam certam, inter se Recognoscentes, ratione certarum rerum, et conditionum, in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius, hic Premysliae, die hodierna, in Actu contenta, confectam, et conscriptam, manibus sui Recognoscentium propriis, ab utrinque subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis, ac nexibus quibusvis universis, firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq. et singulis eius contentis, tam in parte, quam in toto, toties, quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam p̄fatam, ad Inscriptionem p̄sentem roboratoriam, et Inscriptionem p̄sentem roboratoriam, ad p̄dictam Intercisam vicissim in toto referendo.